



**Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Super Numerum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

*Levit. 21.* *c* maculam, non offerat panes Domino Deo suo, nec accedat ad ministerium ejus. Ubi & repente subiungitur: Si coccus fuerit, si claudus, si vel parvo vel grandi & torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem sc. bitem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus. Coccus quippe est, qui superna lumen contemplationis ignorat. Qui presentis vitæ tenebris preflus, dum venturam lucem nequaquam diligenter conspicit, quo egressum operis porrigat, nescit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur: Pedes sanctorum suorum servabitis, & impi in tenebris continebent. Claudus vero est, qui quidem quod pergere debeat apicit, sed per infirmitatem mentis vitæ viam perfectè non vallet tenere, quam videt. Qui ad virtutis statum dum fluxa confuetudine non erigitur, quod per desiderium innititur, illius gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit: Remissas manus & dissoluta genua erigit, & gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erreret, magis autem sanetur. Parvo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores fætoresque discernimus. Reclè ergo per nasonum discretionem exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde & in laude sponsæ dicitur. *N* ahus tuus sicut turris, qua est in Libano. Quia nimur sancta Ecclesia, qua ex causis singulis tentamenta prodeant, per discretionem conspicit, & ventura vitorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum extimari hebetes nolunt, sepe le in quibusdam inquisitionibus plurquam necesse est exercentes, ex minima subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur, vel grandi & torto naso. Nasus enim grandis & tortus, est discretionis subtilitas immoderata: quæ dum plurquam decet excreverit, actionis sua rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede vel manu, est qui vitam Dei pergere omnino non valet, atque à bonis actibus funditus exors vacat, quatenus hæc non ut claudus saltet cum infirmitate teneat, sed ab his omni modo alienus existat. Gibbus vero est, quem terrenæ sollicitudinib[us] pondus deprimit, ne unquam ad superna respiciat, sed lolis his que in infimis calcantur, intendat. Qui & si quando aliquid ex bono patriæ celestis audierit, ad hoc nimur perversæ consuetudinis pondere prægravatus, cordis faciem non attollit. Quia cogitationis statutum etigere non valet, quem terrenæ ulus sollicitudinis curvum tenet. Ex horum quippe specie Psalmista dicit: Incurvatus sum, & humiliatus sum usque quaque. Quorum culpam quoque per semetipsam Veritas reprobans ait: Semen autem, quod in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt, & a sollicitudinibus, & divitias, & voluptatibus vita euntes sufficiuntur, & non referunt fructum. Lippus vero est, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillæ sana sunt, sed humore effluente infirmatae palpebra grossulent. Quia quia infusione crebro atteruntur, etiam acies pupillæ vitiat. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vita operatio fauciatur, quia videre recta subtiliter per ingenium poterant, sed usi pravorum actuum caligant. Lippus itaque est cuius sensum natura exaequit, sed conversationis pravitas confundit. Cui bene per Angelum dicitur: Collyrio inunge oculos tuos ut videas. Collyrio quippe oculum ut videamus inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis charitatem, intellectus nostri aciem, medicamine bona operationis adjuvamus. Albuginem vero habet in oculo, qui veritatem lucem videre non sinitur: quia arrogantia sapientiae, seu justitia cecatur. Pupilla namque oculi nigra vider, albuginem tolerans nil videt: quia videlicet sensus humanæ cogitationis si stultum se, peccatoremque intelligit, cogitationem intimam claritatem apprehendit. Si autem candorem sibi justitiae seu sapientiae

*1. Reg. 2. b*

*Hebr. 12. d*

*Cant. 7. b*

*Psal. 118. c*

*Luc. 8. b*

*Apoc. 3. d*

videtur: S. Greg. Tom. III.

tribuit, à luce supernæ cognitionis excludit, & eō claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quod se apud se per arrogantiam exaltat. Sicut de quibusdam dicitur: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti Rom. 1. c sunt. Jugem vero haber scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim fervor viscerum ad cutem trahitur, per quam reclè luxuria designatur: quia si cordis tentatio usque ad operationem profilit, nimur fervor intimus usque ad cutis scabiem prorumpit, & foras jam corpus fauciatur: quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cùm dicet: Tentatio vos non apprehendat, nisi humana: 1 Cor. 10. 14 ac si apertè diceret: Humanum quidem est, in corde tentationem perpetui: dæmoniacum vero est, in temptationis certamine, & in operatione superari. Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis avaritia vastratur in mente: quæ si in parvis non compescitur, nimur sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absque occupati rædo excrescens membrorum decorum ferdat: quia & avaritia captivam animam dum quasi delectat, exulcerat: dum adipiscenda quæcum cogitationi obicit, ad iniurias accedit, & dolor in vulnere non facit: quia astutus animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoque virtutum per hanc pulchritudine depravatur, & quasi totum corpus exasperat: quia per universa vita animum supplantat, Paulo attestante, qui ait: Radix omnium malorum est cupiditas. Ponderosus vero est, qui turpidinem non exercet in opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine gravatur in mente. Qui nequaquam quidem, usque ad opus nefarium rapitur, sed ejus animus voluptate luxuria, sine ullo repugnacionis obstaculo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia labitur, quæ profecto cum molesta dedecoris intumescent. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciviam desfluens, pondus turpidinis gestat in corde: & quamvis prava non exerceat operæ, ab his tamen non evellitur mente, nec ad usum boni operis in aperto valer affluge, quia gravat hunc in abditis pondus turpe. Quisquis ergo quolibet horum vitio subiicitur, panes Domino offerre prohibetur, ne profecto diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria devastant.

Finis libri Levitici.

## CAPITVL A LIBRI NUMERI.

1. Quod Nazarei capillos nutrunt, quos post votum in igne sacrificij ponunt.
2. Quod Moyses crebro tabernaculum intrat, & exit.
3. Quod Levite omnes pilos carnis sue raderet jubentur.
4. Quod Levite ab anno xxv. ministrare præcepti sunt.
5. Quod Moyses in rebus dubiis crebro ad tabernaculum redit.
6. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, &c.
7. Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus es nobis: Veni nobiscum, ut bene faciamus tibi.

PP ij

- 8 De populo, qui fasidiens manna, ollas car-  
nium, pepones, & porros, capasque ex  
Aegypto concupivit.  
9 Congrega mihi lxx. viros de senibus Is-  
rael, quos tu nosfi quod senes populi sint.  
10 Quid amularis pro me? quis tribuat ut  
omnis populus prophetet?  
11 Quod Aaron, assumptu thuribulo, inter  
viventes ac mortuus stetit.  
12 Ex quibus virga Aaron floruit.  
13 De sacrificio & cinere vacce rufa.  
14 Item unde supra.  
15 Vas quod non habuerit operculum aut li-  
gaturam, immundum est.  
16 Quod Balaam tarditate asina à cæpto  
itinere precepitur.  
17 Mortiatur anima mea morte justorum,  
&c.  
18 Item unde supra.  
19 Item unde supra.  
20 Qui cadit, & sic aperiuntur oculi ejus.  
21 Item unde supra.  
22 Robustum est quidem habitaculum tuum,  
sed si in petra posueris nidum tuum, &c.  
23 Terra, quam percussit Dominus in conspe-  
ctu filiorum Israël regionis uberrima est,  
&c.  
24 Quod post mortem summi sacerdotis ho-  
mida jubetur reverti in terram suam.

INCIPIT EXPOSITIO  
SUPER NUM.

## CAPUT I.

*Num. 6. b.c* Quod Nazarei capillos nutririunt, quos post  
votum in igne sacrificij ponunt.

De resecâ-  
da cogita-  
tionum fu-  
perfuitate.  
*In exp. B.*  
*Job. 1. 2. 12. 6*  
paulo ante  
finem.



**Q**uid est quid Nazarei capillos nu-  
triunt, nisi quid per vitam magnæ con-  
tinentia presumptionum cogitationes  
crescent? Sed quid est quid devotione  
completa caput Nazarei radere, ca-  
pillosque in igne sacrificij ponere jubar, nisi quid  
tunc ad perfectionis summanum pertingimus, cum sic  
exteriora via vincimus, ut etiam cogitationes su-  
perflua à mente resescimus? Quas nimirum sacrificij  
igne concremare, est flaminâ eis divini amoris  
incendere, ut totum cor in Dei amore ardeat, & co-  
gitationes superflua concremans, quasi Nazarei  
capilos devotionis perfectione consumat.

## CAPUT II.

*Num. 7. 2* Quod Moyses crebro tabernaculum intrat,  
& exit.

De Prepo-  
sitorum x-  
condicandi  
regimini  
regula.  
*Cura Paf. 2*  
*par. c. 5. in*  
*med.*

**Q**uid est quid Moyses crebro tabernaculum in-  
trat, & exit, nisi quid is, qui mente in con-  
templationem rapitur, foris infirmantium negotiis  
urgetur? Intus Dei arcana considerat, foris onera  
carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis sem-  
per ad tabernaculum recurrit, ac coram testamento  
arca Dominum consulit, exemplum proculdubio  
Rectoribus præbens, ut cum foris ambigunt quid  
disponant, ad mentem semper qualu ad tabernacu-

lum redeant, & velut coram testamenti arca Domini-  
num consulant, si de his, in quibus dubitant, apud  
semetipso intus sacri eloquij paginas requirant.  
Unde & ipsa Veritas, per susceptionem nobis nostra  
humanitatis offensa, in monte orationi inhaeret, mi-  
racula in urbibus exercet, imitationis videlicet viam  
bonis Rectoribus sternens, ut eis jam summa  
contemplando appetant, necessitatibus tamen infirmantum  
compatiendo misceantur: quia tunc ad alta  
charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum  
se misericorditer attrahit: & cum benignè descendit  
ad infima, valenter recurrat ad summa.

## CAPUT III.

*B* Levite radant omnes pilos carnis sue. *Num. 8. b*

Pili carnis, sunt qualibet superflua humanæ cor-  
ruptionis. Pili carnis, sunt vita veteris cogita-  
tiones, quas sic à mente abscondimus, ut de amissio-  
ne earum nullo dolore fatigemur. Levita namque  
assumptus vocatur. Oportet ergo Levitas omnes storū cor-  
pilos carnis radere: quia is, qui in obsequiis divinis  
assumitur, debet ante Dei oculos à cunctis carnis  
cogitationibus mundus apparere, ne illicitas cogita-  
tiones mens proferat, & pulchram animæ spe-  
ciem, quasi pilo fructificabitibus deformem reddat.  
Sed quoniamlibet, ut diximus, quempiam virtus san-  
cta conversationis exercebit, adhuc tamen ei de ve-  
tustate vita nascitur, quod toleretur. Unde & ipsi  
Levitarii pilii, radi precepti sunt, non evelli. Ra-  
dis etenim pilis in carne radices remanent, & cres-  
cent, ut iterum radantur: quia magno quidem stu-  
dio superflua cogitationes amputanda sunt, sed ta-  
men amputari funditus nequaquam possunt. Sem-  
per enim caro superflua generat, quæ semper spiri-  
tus ferro sollicitudinis recidat, sed haec in nobis tunc  
subtilius conspicimus, cum speculationis alta pe-  
netramus.

## CAPUT IV.

*D* Quod Levite ab anno vigesimequinto mini-  
strare debeant, ab anno vero quinqueage-  
sim custodes vasorum fiant. *Num. 1. d*

**Q**uid per annum quintum ac vigesimum, in quo  
De opera-  
tions juventutis oboritur, nisi ipsa contra unum  
quodque vitium bella signantur? Et quid per quin-  
quagendum, in quo jubilæi requies continetur, nisi siam perfe-  
intera requies edomito bello mentis exprimitur?  
Etorum &  
Quid verò per vas tabernacula, nisi fidelium ani-  
ma figurantur? Levite ergo ab anno vigesimo &  
quinto tabernaculo serviant, & à quinqueagesimo  
custodes vasorum fiant, ut videlicet qui adhuc im-  
pugnantium vitiorum certamina per consensem de-  
lectationis tolerant, aliorum curam sufficiere non  
præsumant. Electi enim cum adhuc in tentatione  
sunt, subesse eos ac servire necesse est, & obsequiis  
laboribusque fatigari. Cum verò tentatione bella  
subegerint, quo apud se jam de intima tranquillitate  
securi sunt, animarum custodiā fortiantur: me-  
ritò quippe ætate tranquilla dum calor recesserit  
tentationis, custodes vasorum sunt, quia doctores  
animarum sunt.

## CAPUT V.

*E* Quod Moyses in rebus dubiis crebro ad  
tabernaculum redit. *Num. 9. b*

**R** Eliëst turbis ad tabernaculum redire, est post-  
positis exteriorum tumultibus secretum mentis  
terra, & vi-  
intrare. Ibi enim Dominus coasilitur, & quod foris  
candis se,

ularis vita  
tumultibus.  
in exp. B.  
Iob. 1, 12. c. 12.  
paulo ante  
med.

agendum est publicè, intus silenter auditur. Hoc A quotidie boni rectores faciunt, cum se res dubias discernere non posse cognoscunt, ad secretum mentis velut ad quoddam tabernaculum revertantur, divina lege perspecta quasi coram posta arca Dominum consulunt, & quod prius intus tacentes audiunt, hoc foris postmodum agentes innescunt. Ut enim exterioribus vitiis inoffensè deserviant, & sic vocem Dei, quasi per occultam inspirationem audiunt, dum in meditatione mentis à carnalibus sensibus abstrahuntur.

## CAPUT VI.

Num. 10, 8. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles. Et paulo post: Cum concisus clangor increperit, movebunt castra.

De operationibus  
dorum  
præceptorum,  
vide  
litteram  
amoris  
Dei &  
proximi,  
per summum  
officium  
boni Doc-  
toris mini-  
strorum in  
auditorum  
cordibus.  
In exp. B.  
Iob. 1, 10. c. 4.  
ante fin.

B Per duas tubas exercitus ducitur, quia per duo precepta charitatis ad procinctum fidei populus vocatur. Quæ idcirco argenteæ fieri præcipiuntur, ut prædicatorum verba lucis nitore pateant, & auditorum mentem nulla sui obfuscarunt confundant. Idcirco autem ductiles: quia necesse est, ut hi, qui venturam vitam prædictant, tribulationum præsentium tensionibus crescant. Bene autem dicitur: Cum concisus clangor increperit, movebunt castra: quia nimur prædicationis sermo cum subtilius ac minutius agitur, auditorum corda contra tentationem certamina ardenter excitantur.

## CAPUT VII.

Item unde suprà.

Num. 10, 4. Quoniam e-  
lati homi-  
nibus utilia  
perficiendi  
facilius ra-  
tio.

Profeſſimur ad locum, quem Dominus datus est nobis: Veni nobiscum, ut bene faciamus tibi. Plerumque perſuadere elatis utilia melius possumus, si profectum eorum nobis potius, quam illis profuturum dicamus, si eorum meliorationem nobis magis quam illis profuturam dicamus, & eam magis nobis quam sibi impendi postulamus. Facile enim ad bonum elatio flebitur, si ejus inflexio prodesset & aliis creditur. Unde Moyses, qui regente Deo, deserti iter aërac columnā duce pergebat, cum Obab cognatum suum à gentilitatis conversione vellet educere, & omnipotens Dei dominio subjugare, ait: Profecſſimur ad locum quem Dominus datus est nobis: Veni nobiscum, ut bene faciamus tibi: quia Dominus bona promisit Israël. Cui cùm respondisset ille: Non vadam tecum, sed reverter ad terram meam in qua natus sum, illico adjunxit: Noli nos relinquer, tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris dux tor noster. Neque enim Moysi mente ignorantia itineris angustabat, quem & ad prophetæ scientiam cognitione divinitatis expenderat, quem columnam exercitus præbit, quem de cunctis interiori per conversationem cum Deo sedulam locutio familiaris instruebat. Sed videlicet vir providus elato audi tori colloquens solatium petuit ut daret. Duce cum requirebat in via, ut dux ei fieri potuisse ad vitam. Egit itaque ut superbus auditor voce ad meliora suadent, eò magis fieret devotus, quod putatur necessarius, & unde se exhortatorem suum præcedere crederet, inde se sub verbis exhortantis inclinaret.

## CAPUT VIII.

Quod dum populus manna perciperet, ab Nam. ii. 16.  
Aegypto ollas carnium, pepones,  
porros, cæpasque concupivit.

Dura, carnalium mentes præ amore seculi, qua- De repro-  
si quædam mollia, ac delectabilia ferre parati barum mē-  
sunt, dum in hac vita rerum culmina apprehendere tium vitiis  
conantur. Cessationem Dominus à mundi laboribus per conté- ptam super-  
imperat, sanctæ quietis dulcedinem persuadet: & na aspira-  
tamen velsane iniquorum mens, plus se aſequi af- tions dul-  
cinea. per carnaliter, quam tenere blanda spiritualiter  
gaudet. Plus acerbitate fatigationis, quam quietis In exp. B.  
dulcedine pascitur: quod aperie in semetipso nobis Job. 1, 18. c.  
Israëlicus populus offendit: qui dum refectionem 16. ante  
mannæ deluper perciperet, ab Aegypto ollas car- med.  
nium, pepones, porros, cæpasque concupivit. Quid enim signatur in manna, nisi esca gratiæ suave sa-  
piens, ad refectionem interioris vita bene vacanti-  
bus desuper data? Et quid per ollas carnium, nisi  
carnalia opera vita in tribulationum laboribus,  
quasi ignibus excoquenda? Quid per pepones, nisi  
terrena dulcedines? Quid per porros, ac cæpas ex-  
primunt, quæ plerumque qui comedunt, lacrymas emittunt; nisi difficultas vita præsentis, quæ à di-  
lectoribus suis & non sine lucri agitur, & tamen cum lacrymis amat? Manna igitur deferentes,  
cum peponibus ac carnibus, porros, cæpasque quæ-  
sierunt: quia videlicet perverse mentes dulcia pet-  
gratiam quietis dona despiciunt. Et pro carnalibus  
voluptratis laboriosâ hujus vita itinera etiam la-  
crys plena concupiscunt. Contemnunt habere  
ubi spiritualiter gaudent, & desideranter appen-  
tunt, ubi & carnaliter gemant.

## CAPUT IX.

Congrega mihi septuaginta viros de senibus Num. II. 6  
Iſraël, quos tu nosti, quod senes  
populi sint.

Sicut plerumque juvenes dici solent, quia nulla consilii gravitate fulciuntur: ita senes non eos In consti-  
scriptura sacra vocare consuevit, qui sola quantitate ruendis  
temporum, sed morum grandævitatem maturi sunt. non tam vi-  
tæ annos-  
Unde per quandam sapientem dicitur: Senectus ve- tas, quam  
nerabilis est, non diuturna, neque numero anno- mortui  
rum computata. Cari autem sunt sensus hominis, In consti-  
scriptura sacra  
spectanda  
etas senectus vita immaculata. Hinc est ergo gravitas  
quod ad Moysen Dominus dicit: Congrega mihi requiritur.  
septuaginta viros de senioribus Iſrael, quos tu nosti, In exp. B.  
quod senes populi sunt. In quibus quid aliud quam Job. 1, 19. c.  
senectus cordis requiritur, cum tales jubentur cli- 11. in medi-  
gi, qui senes esse sciuntur? Si enim senectus in eis Sup. 4.  
corporis quereretur, à tantis sciri poterant, à quantis videri. Dunc vero dicitur. Quos tu nosti, quod  
senes populi sunt, profectè liquet: quia senectus Num. II.  
mentis non corporis eligenda nunciatur.

## CAPUT X.

Quid amularis pro me? quis tribuat ut Num. II. f  
omnis populus prophetet, & det  
eis Dominus spiritum suum?

Pia Pastorum mens, quia non propriam glo- De pio de-  
riam, sed Auctoris querit, ab omnibus vult fidelio cor-  
adjuvari quod agit. Fidelis namque prædictator op- dis Pastorū  
tatur, si fieri valeat, ut veritatem, quam solum loqui in lucratis  
non sufficit, ora cunctorum sonent. Unde cum Jo- In exp. B.  
sue duobus in castris remanentibus atque prophete- Job. 1, 22. c.  
vers. finem  
pp. ij

tantibus vellet obsistere, recte per Moysen dicitur: A  
Quid emularis pro me? quis tribuat ut omnis populus  
prophetet, & dei eis Dominus spiritum suum? Pro-  
phetare quippe omnes voluit, qui bonum, quod  
habuit, aliis non invidit.

## CAPUT XI.

*Num. 16. c Quid Aaron a sumpto thuribulo inter viventes ac mortuos fecerit.*

*De boni  
Pastoris  
studio.*

**Q**uid est quod Aaron ut iram Domini placaret,  
thuribulum sumpsit, atque inter viventes ac  
mortuos fecerit: nisi quia Sacerdos est negotium  
omnipotenti Deo orationem effundere, & pro iustis  
ne cadent, & pro peccatoribus, ut resurgere de-  
beant? unde & Psalmista ait: *Iniret oraio mea sicut  
in sensum in conspectu tuo.*

*Psal. 140. a*

## CAPUT XII.

*Num. 17. c Ex quibus virga Aaron floruit.*

*De myste-  
rio refor-  
macionis.  
In expos. B.  
Iob. 14. a. 28*

**C**um Aaron Sacerdotium, qui de tribu Levi  
fuerat, despiceretur, nec digna tribus quæ of-  
ferret holocausta crederetur: duodecim virga juxta  
duodecim tribus in tabernaculo ponit præcepit  
sunt, & ecce virga Levi viruit, & quid virtus in  
munere Aaron haberet, ostendit. Quo videlicet si-  
gno quid innuitur, nisi quod omnes, qui usque ad  
finem mundi jacemus in morte, quasi virginæ reliquæ  
in ariditate remanemus. Sed cunctis virgis in aridi-  
tate remanentibus virga Levi ad florem rediit: quia  
corpus Domini, veri scilicet Sacerdotis nostri in  
mortis ariditate positum, in florem resurrectionis  
erupt. Quo flore Aaron recte Sacerdos esse cognoscitur:  
quia hac resurrectionis gloria Redemptor no-  
strus, qui de tribu Juda ac Levi ortus est, intercessor  
pro nobis esse monstratur. Ecce ergo jam virga  
Aaron post ariditatem floret, sed virginæ duodecim  
tribuum in ariditate remanent: quia jam quidem  
corpus Domini post mortem vivit, sed nostra ad-  
huc corpora usque in finem mundi à resurrectionis  
gloria differuntur.

## CAPUT XIII.

*Num. 19. a Præcipe filiis Israel ut adducant ad te vac-  
cam rufam, atatis integrum, in qua  
nulla sit macula, nec portaverit jugum,  
tradesque eam Eleazar Sacerdoti, qui  
ductam extra castra immolabit in conspec-  
tu Domini, & intinget digitum in sanguine  
ejus, aspergens contra fores taberna-  
culi septem vicibus: comburetque eam  
cunctis videntibus tam pelle, quam carni-  
bus ejus, quam sanguine & fimo flamma  
traditis. Lignum quoque cedrinum &  
hyssopum coccumque bis tintum Sacerdos  
immitit in flammarum, que vaccam vo-  
rat, & tunc demum lotis vestibus, & cor-  
pore suo ingredietur in castra, commacu-  
latusque erit usque ad vesperum. Sed &  
ille, qui combusit eam, lavabit vestimen-  
ta sua & corpus, & immundus erit us-  
que ad vesperum. Colliger autem vir mun-  
dus cineres vaccæ, & effundet eos extra  
castra in loco purissimo, ut sit multitudini  
filiorum Israel in custodiā & in aquam*

*aspersonis: quia pro peccato combusta est  
vaccæ.*

**S**Olet per masculinum sexum fortitudo, per fœ-  
minum vero infirmitas designari: quid ergo  
incar-  
nationis Dominica figuratur? de quo scriptum in expos. B.  
est: *Quia etiæ mortuus est ex infirmitate, sed vivit ex lob. 1. 6.  
virtute.* Bene autem vaccæ hæc etiam rufa dicitur:  
quia videlicet ejus humanitas rubra per cruentum  
passionis fuit. Unde & in Canticis Cantorum ab  
sponsa describitur dicente: *Dilectus meus candidus  
& rubicundus.* Candidus videlicet ex divinitate,  
rubicundus ex sanguine: candidus per iustitiam vi-  
tae, rubicundus ex cruce passionis. Actas humani-  
tatis Domini integra est, omnis ejus operatio per-  
fecta, in qua videlicet humanitate macula non fuit:  
quia & veraciter de eo scriptum est: *Qui peccatum  
non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus.* Bene  
autem dicitur, nec portaverit jugum. Scriptum  
quippe est: *Omnis qui peccat, servus est peccati.* *John. 3. 1*  
Quia igitur Dominus nulli peccato succubuit, ju-  
gum minime portavit. Sequitur: *Tradetque eam  
Eleazar Sacerdoti, qui ductam extra castra immolab-  
bit in conspectu Domini.* Quid est quod haec vaccæ ad  
immolandum Sacerdoti traditur, nisi quod incarnatus  
Dominus pro redemptione nostra sacrificium se-  
met ipsum in Iudaici populi manus datur? qui  
etiam extra castra in conspectu Domini immolatus  
est: quia videlicet extra portam passus. Unde &  
per Paulum dicitur: *Iesus ut sanctificaret per suum Hebr. 10. 10  
sanguinem populum extra portam passus est.* *Eze. annus  
ad eum extra castra impropterum ejus portantes.* Non  
enim habemus hic civitatem manentem, sed futuram  
inquirimus. Idecirco enim extra portam passus est,  
ut à conversatione nos vitæ præsentis quali à civitate  
foras diceret, & à terrena inhabitatione conos-  
cere aperiatur. Bene autem dicitur, quia im-  
molabit in conspectu Domini. Redemptor enim  
noster in conspectu hominum quasi extinxetus est,  
sed in conspectu patris immolatur: quia quod ante  
oculos hominum pena, hoc ante oculos patris sa-  
crificium fuit. *Ei intinget digitum in sanguine ejus.*  
Quid per digitum, nisi dexterio nostra operationis  
accipitur? In sanguine ergo vaccæ digitum intinge-  
re, est in passione incarnationis Dominica nostra  
opera conferre, ut passionem ejus, quam cognos-  
cimus, imitemur. Sicut scriptum est: *Christus pro  
nobis passus est, reliquias vobis exemplum ut sequamini  
vestigia ejus.* Eleazar itaque Sacerdos & im-  
molat, & in sanguinem ejus digitum intingit: quia  
videlicet plebs Iudea ex reprobatione parte humili-  
tatem Domini usque ad passionem persecuta, ex elec-  
torum vero parte operationem humilitatis ejus imitata,  
& spargit contra fores tabernaculi, nisi  
tota simul synagoga accipitur? Qui ergo tinxerit in  
sanguine ejus digitum, eundem sanguinem contra  
fores tabernaculi asperget, id est, quicquid passionis  
ejus vias imitatur, synagogæ non credenti & resi-  
stenti per exempla bona, per prædicationem rectam  
signum bene vivendi præbeat. Contra fores enim  
tabernaculi vaccæ sanguinem aspergere, est resisten-  
ti plebi Iudaicæ per prædicationem rectam, & per  
sancta opera passionis ejus exempla monstrare. Be-  
ne autem dicitur, ut digitus in ejus sanguine septem  
vicibus intingatur, & alpergatur, in septenario au-  
tem numero perfectio accipitur. Unde & septem  
diebus universum tempus impletur, & sanctus  
Spiritus septiformis vocatur. Septem ergo vicibus  
in sanguine ejus digitum intingere, est perfectum *Isaia 11. 10*  
operatione mysterium passionis imitari. Et septem  
vicibus contra synagogam aspergere, est perfecta  
prædicatione sacramenta incarnationis ac passionis  
ejus infidelibus denunciare. *Comburesque eam cun-*

*Eis videntibus juxta castra, tam pelle & carnibus ejus, quam sanguine & fimo flammæ tradens. Quid per carnem & pellem, quid per sanguinem & fimum vaccæ, nisi carnalia sacrificia in testamento veteri habita, qua infirmitatem denunciabant Dominai, designantur? Quia omnia postmodum spiritualiter à patribus intellecta juxta exterius ministerium stercore sunt notata. Unde Paulus cùm de sa-*

*Phi. ip. 3. b criticis carnalibus loqueretur, dicit: Propter quem omnia detrimentum faciens, arbitror ut stercora quæ flammæ traduntur. Quia quamvis carnaliter primum sint exhibita, postmodum per sanctum Spiritum intelligentia igne consumpta sunt, possumus tamen in eadem vacca, id est, in ipsa infirmitate incarnationis Dominicæ, carnem, pellem, sanguinem & fimum, singula quæque ejus opera accipere. Quid enim per carnem, & pellem, nisi exterior ejus operatio designatur? Quid per sanguinem, nisi subtilitas internaque virtus exteriora acta vivificans? Quid per fimum, nisi laetitudo, sitis, esuries, timor mortis, & quæque ex humanitate suscepit voluit, designatur? Quidquid enim ex defectu nostra mortalitatis habuit, quasi sumus in eo abiciendum fuit. Que tamen omnia, quæ ex nostra infirmitate suscepit, quia pro nostra redēptione exhibuit, igne concremada sunt, id est, juxta virtutem sancti Spiritus intelligenda: ut quæque ab eo corporaliter gesta sunt, per incorporeum divinitatis ejus spiritum disposita sentiantur. Ubi & bene subjungitur: Lignum quoque cedrinum, & hyssopum, coccumque bis tintatum Sacerdos mittet in flammarum, que vaccam vorat. Cedrus quippe, & altius, & impetrabile lignum, hyssopus vero herba valde humilis, quæ tamen inflationem admoveat pulmonis. Quid enim per cedrum, nisi alta & perseverans contemplatio? Quid in hyssopo, nisi mansueti cordis humilitas designatur? Quia qui jam alta contemplatione superna attollitur, necesse est ut per humilitatis compassionem inferioribus condescendat, & non se ex eo, quod habet, erigat, sed quidquid habet, his etiam qui illud non habent, praedicando libenter impendat. Quid vero in coco bis tinteto, nisi charitatis virtus exprimitur? Quæ coccus bis tintetus dicitur: quia charitas per flammarum sancti amoris a censu duobus exhibeti præceptis jubetur, id est, dilectione Dei, & dilectione proximi. Bis tinteta ergo coccus est charitas duplici præcepto formata, ut sic diligatur Deus, ne deferatur proximus, sic diligatur proximus, ne contempnatur Deus. In hac ergo flamma, que vaccam vorat, cedrum, hyssopum, bis tintatum coccus sacerdos mittat. Omnes enim, qui in Christum credimus, Sacerdotes sumus. Un-*

*I. Pet. 2. b de scriptum est: Vos autem genus electum, regale Sacerdotum. Sed quidquid per ignem contemplationis altè sentimus, quidquid per mansuetudinem humilitatis agimus, quidquid per ignem charitatis habemus, in spiritu passionis Dominicæ tingere debemus, ut omne, quod in nobis est, illum imitetur, à quo est, nisi extra imitationem passionis ejus aliquid agimus, non tam virtutem quam virtutem agimus. Mittatur ergo in flammarum, que vaccam vorat, cedrus, id est perseverantia atque altitudo contemplationis nostræ, comburatur igne passionis Dominicæ. Mittatur in flammarum, que vaccam vorat, hyssopus, id est humilitas cordis nostri veritatem, manutudinem, examinationem Dominicæ passionis trahat, ut in ipsa discat opera recta que faciat. Potest tamen aliter intelligi, ut per cedrum significetur spes, quæ alta appetit: per hyssopum vero, qui etiam calore suo stomachi immunitam purgat, significetur fides, quæ in imis adversa quantumceter tolerat, & quidquid ex anteacatis peccatis contractum fuerat, mundat. Per coccus quoque, ut dictum est, exprimitur charitas. Unusquisque in flammarum, que vaccam vorat, ce-*

*A drum, hyssopum, & coccus bis tintatum mittat, id est in sacrificio passionis Dominicæ spem, fidem, & charitatem exhibeat. Nec passionem Redemptoris sui sine causa audiat, si non hæc etiam opera necessariò subjungat. De quibus tribus Paulus Apostolus dicit: Nunc autem manent fides, spes, caritas, 1. Cor. 13. d major autem hæc caritas. Unde & hic coccus extremo ponitur: quia videlicet fide, & spes completa, cum ad aeternam patriam venerimus, sola in nobis caritas ad ultimum multiplicatur. Potest iste Sacerdos, vel is, qui vacca carnes, pellem, sanguinem, & fimum comburit, ordinem Judaicæ sacerdotij cum supposita plebe in nece Domini consentientis signare. Unde & adhuc aptè subjungitur: Et tunc demum lotis vestibus & corpore suo ingredietur castra: commaculatusque erit usque ad vesperum. Quid enim per vesperum, nisi finem mundi accipimus? Et Sacerdos iste vel is, qui vaccam igni tradidit, id est, Judaicus populus usque ad vesperum immundus est: quia usque ad finem mundi infidelis remanet. Sed lotis vestibus suis & corpore, ad vesperum castra ingreditur: quia fine mundi veniente mundatis infidelitatis sua operibus, etiam Judaicus populus ad cognitionem Conditoris sui revertit. \* al. mutatis. Sicut scriptum est: Si fuerit numerus filiorum Ierusalem, tanquam arena maris, reliquia salvæ fient. Et Rom. 9. f sicut rursus scriptum est: Donec plenitudo gentium Rom. 11. d introierit, & sic omnis Israel salvus fieret. Ad vesperum igitur lotis vestibus Sacerdos intra castra reddit, qui ante vesperum commaculatus est: quia infidelis populus usque ad finem mundi extra mandata vita velut extra castra est positus. Sed cùm aqua baptismatis & pœnitentia lavatur, tunc ad cognitionem fidei ad vesperum, id est, in fine mundi, quasi ad castra revertitur. Potest intelligi quod iste Sacerdos, & lotis vestibus, & tamen usque ad vesperum immundus: quia idem Judaicus populus ex eorum parte, qui crediderunt quasi jam vestes lavit, sed ex eorum parte, qui needum credidere, adhuc immundus usque ad vesperum permanet. Lavat ergo vestimenta & corpus, quia credendo, exteriora opera & interiora mentem à pravis actionibus mundat, & plenè tunc ad castra revertitur, cùm ad fidem perfectè revocatur. Sed quia Judæi in infidelitate ex reprobatorum parte perdurante, ad fidem gentilitatis ingreditur, & mysteria divina incarnationis intelligit, rectè illuc subjungitur: Colliget autem cineres vaccæ vir mundus, id est, gentilis populus jam fide mundatus. Unde scriptum est: Fide mundans corda eorum. Vaccæ cineres colligit, qui subtilissima sacramenta divina incarnationis agnoscit. Et vaccam, quam Sacerdos combusit, ejus cineres vir mundus colligit. Quia infirmitatem Domini, quam Judaicus populus in morte mactavit, ejus subtilissima mysteria populus gentilis intelligit. Bene autem sequitur: Et effundet in loco purissimo extra castra. Quia idem gentilis populus qui secreta ac mystica divina incarnationis agnoscit, bona quæ accipit prædicare non cessat; ut quod ipse didicerit, aliis etiam nescientibus innotescat. Sed quia secreta ac mystica incarnationis dominicae pravis ac pollutis mentibus non sunt tradenda, bene dicitur: Effundet in loco purissimo extra castra. Extra castra quippe fuerat omnis gentilitas: quia extra legem, extra sacrificium, extra synagogam, sed tamen ad fidem veniens cor mundavit. Et in ea cineres vaccæ effunduntur, quia mundo corde de gentilitate mysticum Dominicæ incarnationis creditur. Multi itaque ex gentilitate converti, predicatores facti sunt, & eidem gentilitati ad fidem Redemptoris nostri mysteria tradidere. Vir ergo mundus in loco purissimo vaccæ cineres fundit, dum quilibet doctor ex gentilitate assumptus, munda per humilitatem corda gentilium requirit, & mysteria eis Redemptoris nostri tradere non desistit. Quod cùm agitur, fides*

gentium multiplicatur, divina virtus agnoscitur, A disciplina praeceptorum tenetur. Unde & recte sub-jungitur: *Vt sint multititudini filiorum Israël in custo-diam.* Israël namque interpretatur, videns Deum, & non immerito converfa gentilis Israël dicitur, que jam Deum fide contemplatur. Iti ergo cineres multititudini filiorum Israël in custodiam sunt, quia subtilia sacramenta mundis gentium cordibus tradi-ta, in mentis munitionem vertuntur. Bene autem subditur: *Ei in aquam aspergionis.* Propter operacio-nem namque in custodiam nostram sunt cineres; propter baptismum vero in aqua aspergionis cineribus ejus urimur. Et dum confideratis ejus operibus nostra acta sub disciplinam redigimus, vacce cine-reis in custodia nostra servamus: quia dum secreta atque subtilia operationis illius per imitationem at-tendimus, per hoc nobis & munditiam, & persever-antiam productemus. Aptè autem subjungitur: *Quia pro peccato combusta est vacca.* Ait enim de cist-<sup>B</sup> dem cineribus, ut sint multititudini filiorum Israël in custodiam, & in aquam aspergionis, quia pro pec-cato combusta est vacca. Tunc enim nos sub custo-dia providè custodimus, cum Redemptorem nos-trum pro nostris iniquitatibus passum sollicitè con-sideramus. Perpendimus namque quid retribuat bonis, qui voluit mori pro malis. Perpendimus quid ad ju-stitiam fidei, adducti ejus gratia debeamus, qui & in iniquitatibus posuit intercessionem mortis ejus ac-cipimus. In custodia ergo nobis cineres sunt: quia pro peccato combusta est vacca. Dum passionis C ejus mysteria sollicitè contemplantes, quæ operari debeamus, agnoscimus, qui Redemptorem nos-trum etiam pro inquis nobis mortuum non igno-ramus.

## CAPUT XIV.

Item unde supra.

*Mor. l. 6. c. 17  
post princ.**AG. 15. b**I. Pet. 1.**Luc. 12.*

**V**Accam maestamus, cum carnem à lascivia suæ voluptatis extinguiamus. Quam cum hyssopo lignoque cedrino, ac coco offerimus: quia cum maceratione carnis sacrificium fidei, spei, & chari-tatis adolemus. Hyssopus quippe interna nostra mundare consuevit. Et per Petrum dicitur: *Fide mundans corda eorum.* Lignum cedrinum nulla putredine deficit, quia spem cælestium terminus non consumit. Unde & per primum pastorem mox di-citur: *Regeneravit nos in spem vivam, per resurrec-tionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incor-ruptibilem, & in contaminatam, & immarcescibilem.* Coccus rubro colore flammescit, quia quem impler charitas, incendit. Unde & in Evangelio Veritas dicit: *Ignem veni mittere in terram.* Sed bis tinctus coccus offerri præcipitur; ut videlicet ante interni judicis oculos, charitas nostra, Dei & proximi dilectione coloretur: quatenus conversa mens nec sic pro amore Dei quietem diligit, ut curam proximi utilitatemque postponat: nec sic pro amore proximi occupationi inferiat, ut quietem funditus defers, ignem in se superni amoris extinguat. Quisquis ergo semetipsum Deo jam sacrificium obtulit, si per-fecta desiderat, curet necesse est, ut non solum ad operationis se latitudinem, verum etiam ad culmina contemplationis extendat. Sed inter hæ magnopere sciendum est, quia valde inter se diversæ sunt conserptiones animorum. Nonnulli namque hominum ita otiosæ mentis sunt, ut si eos labor oc-cupationis excipiat, in ipsa operis inchoatione suc-cumbant: & nonnulli ita inquieti sunt, ut si vaca-tionem laboris habuerint, gravius laborent: quia tan-dis deteriores cordis tumultus tolerant, quan-dis licentius ad cogitationes vacat. Unde necesse est, ut nec quiesca mens ad exercitationem se immo-

derati operis dilatet, nec inquieta ad studium con-templationis angustet. Sæpe enim qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus pressi ceciderunt. Et saepe qui occupati bene humanis usibus viverent, gladio sua quietis extincti sunt. Hinc namque est quod nonnulli inquieti spiritus dum plus exquirunt contemplando quād capiunt, usque ad perversa dogmata erumpunt: & dum veritatis discipuli esse humiliiter negligunt, magistri errorum sunt.

## CAPUT XV.

*Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam de super, immundum erit.* <sup>Num. 19. 5</sup>

**T**egmen operculi vel ligatura, est censura dis-ciplinæ silentij: qua quisquis non premittit, <sup>De silencij</sup> se feruanda disciplinæ, quasi vas immundum pollutumque reprobatur. <sup>In exp. 8.</sup> Quasi enim vas sine operculo vel ligatura polluitur, <sup>Iob. 1. 2. 4.</sup> qui per studium ostentationis patens, nullo velamine taciturnitatis operitur.

## CAPUT XVI.

*Quod Balaam tarditate asinæ, à capto itinere præpeditur.* <sup>Num. 13.</sup>

**B**alaam pervenire ad propositum tendit, sed ejus votum animal, cui præcedit, præpedit. Prohi-bitione quippe immorata asina Angelum vider, quem humana mens non videt: quia plerumque ca-ro per molestias tarda, flagello suo menti Deum in-dicat, quem mens ipsa carni prædens non videbat: ita ut anxietatem spiritus proficeret in hoc mundo cupientis, velut iter tendantis impedit, donec ei invisibilis qui sibi obviat, innotescat. Unde & be-paulopne per Petrum dicitur: *Correptionem habuit sive re-fanis subjugale mutum animal, quod in hominis vo-ce loquens prohibuit Prophetam insipientiam.* Insanus quippe homo à subjugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum, quod tenere de-beat, ab afflicta carne memoratur. Sed hujus correptionis donum idcirco Balaam non obtinuit, quia ad maleficendum pergens, vocem, non mentem mutavit.

## CAPUT XVII.

*Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant novissima mea horum similia,* <sup>Num. 3. 1</sup>

**S**unt nonnulli intra sanctam Ecclesiam, qui pro-lixias ad Dominum preces habent, sed vitam de-precantum non habent: nam promissa cælestia pe-titionibus sequuntur, operibus fugiant. Hi nonnun-quam etiam lacrymas in oratione percipiunt, sed cum post orationis tempora eorum mentem superbia pulsaverit, illico in fastu elationis intumescunt. Cum avaritia instigat, mox per incendia avidæ cogitationes exæstuant. Cum luxuria tentaverit, in illicitis protinus desiderii anhelant. Cum ira sua-ferit, mox mansuetudinem mentis flamma insanæ concrēmat. Ut ergo diximus, & aletus in prece per-cipiunt, & tamen expletis precibus, cum vitorum suggestione pulsantur, nequaquam pro æterni regni desiderio se levissime meminerunt. Quod aperte de se Balaam innotuit, qui iustorum tabernacula conspi-ciens ait: *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant novissima mea horum similia.* Sed cum compun-tionis tempus abscessit, contra eorum vitam, quibus se similem fieri etiam moriendo poposcerat, consilium præbuit. Et cum occasionem de avaritia reperit,

reperit, illico oblitus est quidquid sibi de innocen- A  
tia optavit.

## CAPUT XVIII.

Item unde supra.

*De cur paf.* **S**ollicite considerandum est, quia ita plerumque malorum inutiliter compunguntur ad iustitiam, sicut plerumque boni innoxie tentantur ad culpam. Fit quippe mira exigentibus meritis dispositionis interna mensura, ut & illi dum de bono aliquid agunt, quod tamen non perficiunt, superbe inter ipsa, quem etiam plenissimè perpertuant, mala confidunt. Et isti dum de malo tentantur cui nequaquam contentiant, quod per debilitatem & infirmitatem titubant, eò gressus cordis ad iustitiam per patientiam & humilitatem verius figant. Balaam quippe justorum tabernacula respiciens, ait; *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant novissima mea horum similia.* Sed cum compunctionis tempus recessit, in eorum perditione consilium dedit, quibus eriam in morte similis fieri concupivit. Et cum avaritia temporis reperit, statim oblitus est bonum sibi innocentiae, quod optavit. Hinc Paulus ait: *Videamus legem in membris meis, repugnante legi mentis mee, & caputivum me ducentem in lege peccati, qua est in membris meis.* Qui profectò idcirco tentatur, ut in bono robustius ex ipsa infirmitatis sua cognitione solidetur. Quid est ergo quod ille compungitur, & tamen iustitia non appropinquit: iste tentatur & tamen eum culpa non coinquiat, nisi hoc quod apertere ostenditur, quia nec malos bona imperfecta adjuvant, nec bonos mala inconsummata condemnant? Virtutis namque pondus oratio non habet, quam nequaquam perseverantia continui amoris tenet. Quod contra bene de Anna flente perhibetur: *Vulnusque ei non sunt amplius in diversa mutari, quia videlicet mens eius nequaquam post preces in eptâ latitudi lasciviendo perdidit, quod orationis sua tempore gemituum rigore exquisivit.*

## CAPUT XIX.

Item unde supra.

*Hom. 15. in Evangelio, paulo ante med.* **M**Ulti cum verbum contra avaritiam audiunt, tandem avaritiam detestantur, rerum omnium contemptum laudant; sed mox ut viderit animus quod concupiscit, oblitus est quod laudabat. Multi cum verbum contra luxuriam audiunt, pollutiones carnis non solùm perpetrare non appetunt, sed etiam perpetratas erubescunt: sed mox ut carnis species eorum oculis appetit, sic mens ad desideria rapitur, ac si adhuc ab ea nihil sit contra hæc eadem desideria deliberatum, & damnanda agit qui quidquid egisse se meminit, jam & ipse damnavit. Sæpe etiam contra culpas compungimur, & tamen post fletum ad easdem culpas redimus. Sic Balaam Israëlitici populi tabernacula contemplatus flevit, eisque se similem fieri in morte depoposit dicens: *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant novissima mea horum similia.* Sed mox ut hora compunctionis transit, in avaritia nequitiam exarsit. Nam propter promissa munera in ejus populi mortem consilium dedit, cuius morti se fieri similem optavit, & oblitus est quod planxerat, cum extinguere noluit quod per avaritiam ardebat.



S. Greg. Tom. III.

## CAPUT XX.

*Dixit homo, cuius obturatus est oculus, di-* *Nam. 24.*  
*xit auditor sermonum Det, qui visionem*  
*Omnipotentis intuitus est qui cadit, & sic*  
*apertuntur oculi ejus.*

**N**escit impius mala quæ facit, niñ cùm pro eis De lauda-  
dem malis puniri jam cœperit. Consilium enim  
Balaam contra Israëlitas præbuit, sed post in pœna  
rum provi-  
vidit, quid prius ex culpa commiserit. Electi au-  
tem, quia nec peccare debeant, prævident: ejus vi-  
reproborū  
delicto oculi ante casum patent. Iniquus vero post  
casum oculos aperit: quoniam post culpam jam in  
pœna sua conspicit, quia malum debuit vitare  
In expos. B.  
Iob. 15. c. 3.  
ante med.

## CAPUT XXI.

Item unde supra.

**S**æpe quidam æterna judicia mirantur, prædica- *In expos. B.*  
menta celestis patriæ cùm audiunt, diligunt, *Iob. 1. 27. c.*  
mira opera interna dispositionis obstupescunt, sed *20. in med.*  
tamen amando & vivendo ad hæc eadem opera af-  
surgere negligunt. Jacentes ergo Dei miracula con-  
siderant, qui ejus potentiam sciendi pensant, sed  
vivendo non amant. Per contemplationem quippe  
in consideratione oculos tendunt, sed tamen per in-  
tentio[n]em sese à terra non erigunt. Hinc ergo in Ba-  
laam exprobrazione dicitur: *Qui cadens apertos*  
*habet oculos. Multa namq[ue] de adventu Redemptoris*  
*dixerat, & quæ novissimis temporibus erant*  
*ventura, prævidebat: sed tamen ei vivendo affur-  
gere noluit, quem prævidendo prædicavit. Jacens*  
*ergo apertos oculos habuit, cùm ejus mentem &*  
*prophætia ad cælestia tenderet, & avaritia in terra*  
*retineret. Jacens apertos oculos habuit, qui eum*  
*videre de superioribus potuit, quem prostratus in*  
*infimis non amavit.*

## CAPUT XXII.

*Robustum est quidem habitaculum tuum: sed* *Nam. 24.*  
*sí in petra posueris nidum tuum, &c.*

**C**inxus, possessor interpretatur: Et qui sunt qui *De electio-*  
præfentia possident, nisi hi qui ingenio sapientiæ facularis callent? Qui in hoc veraciter robusti- *rum spe ac*  
fidei fiducia in sumbit sibi habitaculum construunt, si per humilitatem parvuli apud semetiplos facti, in Christi subli- *Deo defixa.*  
mitate nutritantur; si semetiplos infirmos sentiant, *In expos. B.*  
& in excelsa humilitate cogniti, Redemptori fo- *Iob. 1. 3. c.*  
med. *dam mentis fiduciam ponant: si ima non appetant:*  
si omne, quod præterit, cordis volatu transcen-  
dant. Videamus sanctum virum qualiter in petra  
ponat nidum suum. Ait enim: *Nostra conversatio Phil. 3.*  
*in celis est. Et rursum: Qui concessit nos, & Ephes. 2.*  
*confederare fecit in cælestibus.* In petra ponit nidum: *quia profecto*  
in supernis figit consilium. Non vult *mentem in fluxa dejicere, non vult per abjectio-*  
*nem conversationis humanae in infimis habitare.* Tunc Paulus in carcere fortasse tenebatur, cùm se  
sedere cum Christo in cælestibus testaretur. Sed ibi  
erat, ubi ardenter jam mentem fixerat, non il-  
lic, ubi illum necessariò pigra adhuc caro retine-  
bat.



Q9

## CAPUT XXIII.

*Num. 32. a Terra, quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israël, regio uberrima est ad pastum animalium. & nos servi tui habemus jumenta plurima, precamurque si invenimus gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem.*

*De probatio-  
nione quo-  
randam in-  
se esse minimè desistunt. Hos plerunque videoas ho-  
ta Eccle-  
siam poli-  
tum, fi-  
dei non  
medullitus, rectè vivere negligunt, & rectè vita famam habere  
sed specie-  
concupiscunt, adulaciones querunt, favoribus intu-  
tenuis te-  
nentum.  
*In expof. B.  
1 b. l. 27. c. 7  
paulo post  
principium**

**Q**uia sunt multi in Ecclesia, qui parvuli esse desipi- ciunt, etiam in humilitatis loco immanes apud B. ventura gaudia non requirunt. Cumque eos multiplex actio occupat, etiam à semetipuis alienos demonstrat. Et tamen si qua fidei tentatio exurgat, quia in ea saltē speciem tenent, hanc ver- bis, hanc laboribus defendunt, & celestem patriam vindicant, nec tamen amant. Quos bene apud Moy- sen filij Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse exprimit, quimulta pecora & jumenta possidentes, dum extra Jordancem ea, que viderant campes- tria concupiscent, in re promissionis terra heredita- tem habere noluer, dicentes: *Terra, quam percus- sit Dominus in conspectu filiorum Israël, regio uberrima est ad pastum animalium. & nos servi tui habemus jumenta plurima, precamurque si invenimus gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis eam in pos- sessionem, nec facias nos transire Iordanem.* Qui igitur jumenta plurima possident, Jordancem transire re- fugiunt: quia quos multa mundi implicamenta occupant, habitationem celestis patriæ non requirant: sed ipsa eos, quam speciem tenent, fides incre- pat, ne otij delectatione torpescant, atque exemplo suo alios à laboris tolerantia & studio longanimitatis frangant. Unde eis per Moysem dicitur: *Num-  
Nam. 32. b quid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic se-  
biiis? Cur subvertitis mentes filiorum Israël?* Sed D quia erubescunt non defendere quod confitentur, pro eadem fide, quam professi sunt, ad certamen properant; eamque non sibi, sed proximis vendi- cant. Unde & ad Moysem dicunt: *Caulas ovium fa-  
bricabimus, & stabila jumentorum, parvulisque no-  
stris urbes munitas: nos autem ipse armati & accincti  
pergemuimus ante filios Israël.* Qui mox for- tes pro aliis veniunt, & re promissionis terram ab hostibus liberant, & relinquunt: atque ad pascenda armenta extra Jordancem redeunt. Multi quippe, quamvis fideles curis praesentibus occupati, quasi armenta extra Jordancem pascunt: quia contra fidem baptismatis tota mente omniq[ue] desiderio rebus perituri interviunt. Qui tamen, ut diximus, cum fidei tentatio oritur, defensionum armis accin- guntur: hostes fidei trucidando superant, & here- ditatem terra re promissionis, id est fructum fidei non amant: siveque pro illa pugnant, ut tamen sua pignora extra illam deponant. Quia enim parvulos foris habent, affectum in ejus habitatione non ha- bent. Unde ad campestria redunt, quia ab altis cacuminibus montium quasi à sp[ecie] celestium dilabuntur, ut extra re promissionis terram bruta animalia nutritant: quia ad pascendos vanis desideriis irrationabiles animi motus elaborant: quia æternæ lucis quanta sit claritas nesciunt, qui transitoris occupacionibus occupantur: & dum terrenis rebus superbiunt, celestis sibi luminis aditum claudunt.

## CAPUT XXIV.

*Quod post mortem summi Pontificis homicida Num. 35. d  
jubetur reverti in terram suam.*

**Q**uid est quod homicida post mortem summi Pontificis ad absolutionem reddit, nisi quod tunc hu- manum genus quod peccando sibi metipsi mor- tem intulit, post mortem veri sacerdotis, videlicet Redemptoris nostri absolutionem sui reatus acce- pit?

*Finis Libri Num.*

CAPITVL A LIBRI  
DEUTERONOMII.

- 1 *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.*
- 2 *Dabo pluviam terra vestre temporaneam & serotinam.*
- 3 *Circuncidite præputia cordis vestri.*
- 4 *Non arabis in primogenito bovis, & non tonderebis primogenita ovium.*
- 5 *Item unde supra.*
- 6 *Non apparebis in conspectu Domini vacuus.*
- 7 *Iustè quod justum est exequēris.*
- 8 *Si quis abierit cum amico suo in silvam simpliciter ad lignac edenda, &c.*
- 9 *Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum avis inveneris, &c.*
- 10 *Non arabis in bove simul & asino.*
- 11 *Non indueris vestem ex lana, linoque con- textam.*
- 12 *Item unde supra.*
- 13 *Si fuerit inter vos homo qui nocturno pol- lutus sit somnio, &c.*
- 14 *Cum egreditur quis ad requisita natura mittat paxillum, &c.*
- 15 *Si acceperebit homo uxorem & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus, &c.*
- 16 *Non accipies loco pignoris superiorem aut inferiore molam.*
- 17 *Cum debet tibi quippiam frater tuus, &c.*
- 18 *Vxorem fratris sine filiis defuncti super- fices frater accipiat.*
- 19 *Attende calum, & loquar, & audiat terra verba ex ore meo.*
- 20 *Expandit alas suas, & accepit eos.*
- 21 *Suxerunt mel de petra, & oleum de firma petra.*
- 22 *Ignis exarxit ab ira mea, & ardebit usque ad inferos deorsum.*
- 23 *Nonne hac congregata sunt apud me, &c.*
- 24 *Ego occidam, & vivere faciam, &c.*
- 25 *Et gladius meus devorabit carnes.*
- 26 *In dextera ejus ignea lex.*
- 27 *Qui dixerit patri suo et matri suo: Nescio vos. Et fratribus suis: Ignoro illos, hi cu- stodierunt eloquium tuum.*
- 28 *Ferrum et as calceamentum ejus.*